

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Andreae Alciati Emblemata**

**Alciati, Andrea**

**Patavii, 1661**

In colores. Emblema CXIIX.

[urn:nbn:de:bsz:31-127360](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127360)

In colores.

## EMBLEMA CXIIX.



**I**NDEX mæstitia est pullus color: vimur omnes  
 Hoc habitu, tumulis cum damus inferias.  
 At sinceri animi, & mentis stola candida pura:  
 Hinc sindon sacris linea grata viris.  
 Nos sperare docet viridis. Spes dicitur esse  
 In viridi, quoties irrita retrò cadit.  
 Est cupidis flauus color, est & amantibus aptus  
 Et scortis, & queis spes sua certa fuit.  
 At ruber armatos equites exornet amictus;  
 Indicet & pueros erubuisse pudor.  
 Cæruleus nautas, & qui cælestia vates  
 Attoniti nimia religione petunt.  
 Vilia sunt giluis natinaque vellera burrhis:  
 Qualia lignipedes stragula habere solent.

Ii 2

Quero

Quem cura ingentes cruciant, vel zelus amoris;  
 Creditur hic fulua non malè veste regi.  
 Quisquis sorte sua contentus, ianbina gestet;  
 Fortuna equanimis radia quiq; ferat.  
 Vt varia est natura coloribus in gignendis,  
 Sic alijs aliud: sed sua cuique placent.

## COMMENTARI.

I. **P**INGE aut finge tibi officinam tinctoris, in qua ipse pannos suos ex ahenobulliente extrahat, subigat, sicet, & quæ ad omnigenam tincturam spectant, peragat.

II. **COLORIBUS** exprimitur affectus animi.

**COLORUM** significationes.

**COLORES** & eorum differentie non minimum solent animos nostros afficere, ob eamq; rem docti & indocti *tristitia* ea, quæ sunt in animis, passim coloribus expriment. Horum tamen colorum tot significationes esse possunt, quot sunt hominum affectus & opiniones. Quæ quod ad rationem aliquam proprius accedunt, vel naturam rerum expressius declarant, eò pulchriores habentur: vt cum nigrore vitmur in mortuorum inferiis, albore ad puritatem animi significandam. At viros, spei nota, vt dictum est in superioribus: auaritas, amantibus, & id genus alii, qui spem pretio non emunt, stans haud malè conuenit. Ruber tum militum, tum puerorū, quos verecūdia maximè decet, symbolum esse poterit: vt cœruleus nautarum: giluis & burrus, vitium, & eorum, qui sunt tenuis fortunæ. Meticulosos deniq; & zelotypis, quod animo sint perturbato, non malè fuluus color tribuitur: iāthinus iis, qui sua sorte contenti viuunt. De quibus in sequentibus singularim. Plato in Timæo dicit, colorem, splendorem esse quædam defluentem sigillatim de corporibus, & talibus quibusdam partibus, quæ sunt aptæ ad oculorum sensum. Colorum autem sunt penè innumerabiles differentie, sed de notioribus, iisque maximè, quos Alciatus hic attingit, quorum octo differentias explicat 2. Paterg. cap. 1. nobis sermo erit.

III. **INDEX** *maestitia est pullus color* Nigro vel pullo colore in parentalibus vruntur. Niger color (inquit Alciatus loco citato) in Æthiopicis cernitur; cum cādore temperatur, fuscus est; cum aliquid ruboris il-

li admiscetur, pullos dicitur. Plautus moreum obsecrum. Hunc obseruamus esse terræ colorem, quæ magna sui parte pulla est: quodque mortuis iniiciatur, instituto maiorum. Qui iusta *Cur pulla vestes in funeri-bus.* perfoluunt mortuis, induuntur pullis palliis, terræ nimirum colore: indeq; nominatur plerisq; atrati, pullati. Nam pullum se-penumero cum atro confunditur: sic enim mors atra dicitur, eò quod cadauer extincto calore vitali, & exhaustis spiritibus atrum relinquatur. At differt ater à nigro, quoniam omnis ater niger est: at non omnis niger ater est; ater enim horroris aliquid habet, estq; visu tristis & iniucundus, proindeque lugentibus peculiaris, at niger non item: est enim nonnūquam lepidus & venustus. Colorem verò pullum signum *Nigroris symbolū.* fuisse luctus, vel ex historia Thefei proditum nobis est. Ille enim interfecto Minotaurum cum rediret in patriam, nigroq; velo per imprudentiam vreretur, pater Aegeus hoc signo tamquam lugubri & furesto consternatus, quippè qui filium extinctum esse crederet, se in mare præcipitem dedit. Quem colorem maestitiæ & doloris notam fuisse significat etiā Ouidius exul, suæ calamitatis memor, librum ab omni ornatu cultuq; semouens:

*Infelix habitum temporis huius habe.*

*Nec te purpureo velent vaccinia succo:*

*Non est conueniens luctibus ille color.*

*Nec titulus minio, nec cedro charta notetur.*

*Fortuna memorem te decet esse mea.*

*Tumulis cum damus inferias.* Cum mortuos sepulchro mādamus. Inferiæ sacrificia fuere, quæ dijs inferis solui dicebatur; & Inferias facere, est mortuorum animas sacrificijs placare, vel iusta defunctis perfoluere. Virg. in 9.

*Absenti ser at inferias, decoretq; sepulchro.*  
Idem

Idem 4. Georg.

Inferias Orphei mittit, lucumq; venis.

Carullus:

Multas per gentes & multa per aquora ve-

stus,

Aduenio miseris, frater, ad inferias.

& deinde:

Nunc tamen interea prisco qua more pa-

ventum

Tradita sunt tristes munera ad inferias.

Tradit Seruius, morem fuisse in sepulchris

virorum fortium captiuos necari. Quod

postquam crudele nimium visum est, pla-

cuit gladiatores ante sepulchra dimicare,

qui à bustis bustuarij dicti sunt. Eorum

si fortè copia non fuisset, laniantes feming

genas suas effundebat sanguinem. De hoc

Inferiarum nomine nonnihil Gellius 19. c.

8. Contrà tamen, quod prætermisum no-

lim, Plutarchus libro Quæstionum Roma-

narum, quærit, quam ob causam mulieres

in luctu vestibus albis vtentur? quod fa-

ctum ab ijs putat exemplo Magorum, qui

aduersus tenebras ipsamq; Plutonem luci-

da & illustri veste sese obtegunt: vtque de-

functi cadauer albo amictu tegitur, sic pu-

tant, æquum esse amicos ac familiares ve-

stiri. At in luctu vilia maximè conueuire

putant: que autem colore aliquo tincta sūt

& suffusa, luxum arguunt. & superfluarum

rerum apparatus. Cùm itaq; solum albū

sincerum sit, minimè mixtum, purum, &

tinctura non imitabili, optimè putant ijs

conuenire, qui sepultura committuntur.

Proinde & Socrates scribit, Argis vestes al-

bas in vsu esse dum lugent, que eedem sint

aqua eluta. Sed tamen obsoleuisse morem

idem Plutarchus scribit: nimirum depra-

uata consuetudine, viros albas vestes in lu-

ctu vsurpasse; quod ferè colligim ex ijs,

quæ Paulus Iulius ait, in tit. de Sepulchris

& legendis: Qui luget, abstinere debet à

conuiujs, ornamentis, & alba veste. Con-

stat enim ex Varrone, de vita Patrum, vt

citatur à Nonio, mulieres in luctu nigrum

colorem solemnem habuisse: Amiculo ni-

gello (inquit ille) capillo demisso sequere-

tur luctum. alio loco: Funere ipso pullis

pallis amictæ. Idem fuisse vsus traditur a-

put Græcos ex vlcimo Iliados Homericæ,

vbi Thethys futuram filij Achillis necem,

deflens velo nigro tecta Iouem adit. Apud

Euripidem, Iphigenia matrem Clytemne-

stram mouet, ne comam laniet suam ob

mortem: suisq; vt reuocet fororibus, ac  
vestibus nigris corpus eam ob rem conue-

gant. Hieronym. ad Iulianum: Lugubrem  
veste mutaueris: & dedicatio ossium Mar-

tyris candida tibi vestimenta reddent, vt  
non sentires dolores orbitatis tuæ, quàm  
cuius vnuerfa sentiret. Hæc ille. Quo ex  
loco facile est intelligere, morem etiã fuisse  
se apud veteres sumendum, morem etiã fuisse  
poribus orbitatis, & sepulchralium: ac eum  
festi dies Martyrum celebrarentur, in gau-

dii signum sumpsisse vestes candidas &

hilares.

At *sinceri animi* &c.] Albus in pallo-  
rem desinit: candidus purior est, & niuibus  
similis: sunt qui quàm maximè candenti  
igni æqualem ferunt. Græci λευκός  
videtur dixisse album colorem, cui nescio  
quid flammei admixtum sit. Alciatus Al-  
bedo, puritatis, fidei, castimonie, integra-  
tis, & aliarum generis eiusdem virtutum  
nota, ideoq; religioni accommoda. Et co-  
lor albus, cùm sit purissimus, ideo pro sin-  
cero capitur, cùm transfertur ad animum,  
cum eo confundunt candidum: inde Can-  
dor animi pro simplicitate puritateq; non  
rarò accipitur. Itaq; apud omnes ferè na-  
tiones mos imoleuit, vt ad Dei cultum in-  
dumentis albis vt plurimùm vtatur. Quo  
refero illud è Satyr. 2. Perfiti:

--- Mega  
Iupiter hac illi quamuis te albatu rogavit,  
Et flamen Ioui sacra faciòs albatu erat, al-  
boq; pileo vtetur. Magi etiam Persæ pu-  
tabant Deum nõ delectari nisi in albis ve-  
stibus. Fuit & Vestalium suffibulum vesti-  
mentum album, prætextum, quadrangu-  
lum, oblongum. Cicero 2. de Leg. Color  
albus præcipuè decorus Deo, est, cùm in  
cæteris, tum maximè in textili: tincta verò  
absint, nisi à bellicis insignibus. Plutarchus  
lib. de Iside & Osiride, quærit causam, cur  
Sacerdotes linteis tantum vestibus vtentur.  
Id quidem factum ait, quòd immor-  
talibus Diis omnia pura, mundaq; conue-  
niant. Non enim fas est (ait Plato) pura  
Deorum numina contaminatis & impuris  
rebus coli. Itaq; cùm linum maximè pu-  
rum fiat, sitque ad eluendum expeditissi-  
mum, sacrificiis, & Deum cultoribus præ-  
cæteris conuenire censuerunt. Pierius 40.  
Hieroglyph. meminit, & alii nonnulli. Re-  
perio & vestem candidam, signum fuisse le-  
titiæ, apud Val. Max. lib. 1. cap. 1. quo loco

Color al-  
bus.

Alboris  
significa-  
tiones.

Candor.

Flamè Io-  
nis alba-  
tus.

Vestales  
albatu.

Vestis al-  
ba signu  
laticia.

Gladiato  
rũ prima  
institutio.

In luctu  
quo habi-  
tu Roma-  
na mulie-  
res vsa.

scribi, post Cannensem cladem, qua maior  
viroium Romanorum pars absorpta fuit,  
decretum fuisse ne matronæ ultra trigesi-  
mum diem luctus extenderet, vt ab iis sa-  
cra Cereris peragerentur. Hæ itaq; abster-  
sis lacrymis, depositisq; dolotis insignibus,  
candidam vestem induerunt. Nec præter-  
mittendus Romanorum mos in honorum  
petitionibus: qui enim magistratus ambi-  
bant, toga candida induti sese commenda-  
bant populo: hoc cultu integritatem, pro-  
bitatemq; ex colore omnium purissimo &  
simplicissimo significantes, seque pecunia  
minimè vfos, qua populum corrumperet:  
ideo Candidati, à cādore vestis nominati,  
vel à simplicitate, puritateq; animi potius.  
Itemq; serui accepta libertate albis vesti-  
bus vti memorantur, vt liquet ex Septi-  
mio Florēte. Deniq; fuit iste color mode-  
stie signum, vt purpura ambitionis, subli-  
mitq; animi & elati. Hinc illud Alexandri  
de Antipatro, quem quidē ob modestiam  
commendabat: Foris albo pallio vitur, in-  
quit rex, intus autem totus purpureus no-  
tabat simulatā hominis ambitiosi, & sum-  
ma appetentis parsimoniam. Candido co-  
lori proximus est, quem canum nominat:  
qui color est albi nigriq; particeps, Græcis  
λευκόσκιος, qualis est capillorum & barbe  
in senibus: vnde canities appellata est. Is  
pauis color est, vt qui non inficitur, sed  
ex ipsa ouis lana ita capitur.

Serui ma-  
numissi  
albati.  
Album et  
purpureū  
quid.

Canis co-  
lor, isque  
natiuus.

Stola.

Pura ve-  
stis.

Stola candida] Nomine stolę quameu-  
que vestem oblongam intelligo. Aliās stola  
erat muliebris, & demissa ad talos vsque.  
Pura autem Seruius in schedis interpreta-  
tur, non polluta. Est pura vestis at, qua fe-  
stis diebus vti consueuerant sacrificaturi,  
vt neq; fausta sit, neq; fulgurita, neq; obli-  
ta, neq; maculam habeat, vt ait Festus Pō-  
peius. Fragmenta quædam Tulliana su-  
persunt orationis, In toga candida. Luius  
album vestimentum dicit.

Hinc sindō sacris linea grata viris] Poe-  
ta lib. 12. Æneid. testis est locuples:

--- puraq; in veste sacerdos

Setiger & in frōtem suis, intonsamq; bidentē  
Attulit.

Ouidius 15. Metamorph.

--- Cererisq; sacerdos

Amphyenū albenū velatus tempora vittā.  
Vopiscus in Florianō: Senatores omnes ea  
læritia elatos, vt domibus suis omnes albas  
hostias caderēt, imagines frequenter ape-

rent, albati federent, quia antiquitatē sibi  
redditam crederent. Acerrimè Vatinius in-  
cessit à Tullio, quod toga pulla accu-  
buisset, contra decorum festi conuiuii. Il-  
lud ex te, ait, scire cupio, quo consilio, aut  
qua mente feceris, cum toga pulla accumberes?  
quem vinqum videris? quem audieris?  
quo exēplo, quo more feceris? Dices: sup-  
plicationēs te illas non probasse. oprime.  
Nullus faciebat supplicationes. Videsne  
me nihil de anni illius casu, nihil de eo,  
quod tibi cum summis vitis commune es-  
se videatur, sed de tuis propriis secleribus  
ex te quærere? Nulla supplicatio fuerat:  
cedo, quis vmqum cenat atratus? ita enim  
illud epulum est funebre, vt muuus sit fu-  
neris, epulæ quidem ipse dignitatis. Sed  
omitto epulum, populi Romani festum,  
diem, argento, veste niuea, omni apparatu,  
ornatq; visendo, quis vmqum in luctu  
domestico, quis in funere familiari cenauit  
cum toga pulla? cui de balneis exenti  
præter toga pulla vmqum data est? cū  
tot hominū missia accumberet? cū ip-  
se epuli dominus Q. Arius albatu esset: tu  
in templum Castoris te cum C. Fidulo a-  
trato, ceterisq; tuis furis funestum intu-  
listi. Quis tum non ingemuit? quis non  
doluit Reipub. casum? quis sermo alius in  
illo epulo fuit, nisi hanc tātam, & tam gra-  
uem ciuitatem subiectā esse non modò fu-  
rori, verum etiam irrisioni tuæ? Hunc tu-  
morem ignorabas? nūquam epulum vide-  
ras? i umquam puer aut adolescens inter  
coquos fueras? Fausti adolescentis nobilif-  
simi ex epulo magnificentissimo famē il-  
lam veterem tuam non expuleras? quā  
acerbè atratum videras, dominū cum to-  
ga pulla, & eius amicos ante conuiuium?  
quæ te tanta tenuit amētia, vt tu, nisi id fe-  
cisses, quod fas non fuit, nisi violasses tem-  
plum Castoris, nomen epuli, oculos ciuū,  
morem veterem, eius qui te inuitat au-  
ctoritatem, parum putares testificatum es-  
se, supplicationes te illas nō putare? Huc-  
usque orator morem patrium violatum,  
questus in Vatinio, non frustra quidem,  
cūm qui sapiat, non abhorreat à more pa-  
trio. Memini ad hæc Aurelium Victorem  
in Marco Antonio Philosopho, dicere:  
Nuncio accepto de morte principis, con-  
fusam luctu publico Vibem, senatores in  
curia veste terra amictos lacrymas effudif-  
se.

Tully in-  
uectio in  
Vatinii.

Viridi-  
lor.

Pro-  
fuit  
Viri-  
nia.

ist.

En-  
lu-  
ju-

En-  
vita-

**Sindon.** se. Est autem sindon vestis alba, seu amictus à lino Aegyptiaco. Est illa purpurea & luca: purpura enim maris vicem præbet: lino verò fluminis, quia cum vere primùm in oriente flumen inundasset, lino natum ait Plinius.

**Viridis color.** Nos sperare docet viridis] Viridis color, qui ex chryfocolle vel erugine fit, ad satietatem viret. Hic color herbarum est, & avis pistaci, & lapilli, quem smaragdū nominant. Huic coloris similis est prasinus, qui nomen dedit Prasinæ factioni. Spei color est viridis (vt diximus Emblemate 44)

**Prasinæ factio.** quod omnia spe duce vernēt, Etenim eum virefcunt segetes & arbores, ab eis fructū expectamus. Fit tamen ea spes interdum irrita, fallax, & nullius omnino frugis. Ouidius:

*Fallitur auxurio spes bona sape suo.*

Et Plautus:

*Ego scio q̄ speraverint, sp̄e decepisse multos.*

**Irritus.** Quoties irrita verò eadit] Ouidius 3. de Ponto, eleg. 4.

*Irrita verorum non sunt prasagia vatum.*

Eodem libro eleg. 7.

*Spem iuvat amplecti, quæ non inuas, irrita semper.*

Et 4. eiusdem operis, eleg. 7.

*--- Fides non irrita.*

In 2. Pastor.

*--- venit irritus illuc*

Romulus. hoc est, re infecta.

Idem in 3. eiusdem:

*Si mea nota fides, irrita nulla ptes.*

Et de Narcisso eodem libro:

*Irrita fallaci quoties dedit oscula fonti?*

Curtius lib. 4. Tam discedere irritam, quàm morari pudebat.

**Flavus color quorū sit.** Est cupidus flavus] Auratis, amantibus, & ijs, qui meretricias artes sectantur, non male quadrabit color flavus, qui ex albo, rufo & viridi concretur est, qualis est color mellis, auri, & aristatum maturarum. Colorem flavum alij Viretum, vulgò blavū appellant, colorem illū quidem à factio- ne Circensī nobilitatum. Quidam eundem esse ac cæruleum volunt, quem Græci *χρῆμα* vocant, nonnulli Lazarion vocant: sed inter hos magnum est discrimen. Tribuitur autem iste color auratis, qui spem precio non emunt, cum sint coloris flavi ob insatiabilem habendi cupiditatem. Hinc reor esse, quod in multis Germaniæ locis Hebræi cogantur circum flavum vesti assumam

gestare. Amantibus verò, ob stæudinem & pallorem contractum ex amoris affectu, licet interdum propter conceptam in animo spem vireant. Ovidius:

*Pallent omnis amans, est hic color aptus amanti.*

Vel vt Alcianus ait, quod hic color amantium comis tribuatur. Lucanus 10. belli Pharsalici:

*--- Tam flavos gerit altera crines*

*Vt nullas Casar Rheni se dicat in arvis*

*Tam rutilas vidisse comas.*

Loquitur de Cleopatræ pedissequis. Sic Iuvenal. 13. Satyr.

*Corula qui stupuit Germani lumina, flavâ*

*Cæsariæ, & madido torquent cornua cirro.* Achilles

Legi alicubi flavam Achilles comam, calo-

ris & iracundiæ fuisse argumentum, quo-

niam ij ferè sint *ξανθοχόροι*, id est flava-

bile laborantes, & ad iram propensiores,

qui crines flavos habent. Sed tamè flavum

fuisse Menelaum memorant, virum qui-

dem mitem, proindeq; mollè bellatorem.

Familix quoq; Flavix nomen dedit flava

cæsariæ. Scortis deniq; tribuitur, & tur-

pium voluptatum sectatoribus, qui præ-

sentis opinione boni ducuntur. Meretrices

tamen toga pulla à matronis adulterij cõ-

mixtis, quæ albatæ erant, distinguebantur.

Cur autem meretrix scortum dicatur,

diximus alibi.

**At ruber armator]** Ruber seu rufus color multis distinguitur notis. Aliquis ex

sandaracha fit, qui ad satietatem flammeus

est, & à similitudine ignis *ῥυπῶς* dicitur:

Burhum veteres Latini dixerunt. Alius ex

cinnabari concipitur, aliquâto coloratior.

Græcè appellatur *ῥυπῶς*. Est & ostrinus

color, qui & purpureus, de quo vide Mis-

scell. Politiani cap. 12. & quæ nos supra, de

purpura congestimus. Est etiam rubeus ex

animantium sanguine; est & quo lana infic-

itur coccus: vnde vestes coccinæ, id est,

purpureæ. Ruber itaq; color est militum:

ardorem enim bellicū, eedem & ferocita-

tem tacito arguit. Apud Pœnos in castris

Annibalis rubeam vestem Ducis taberna-

culo protentam, vt alijs purpuram, indi-

eium fuisse certaminis proditum est, quo

viso miles ad pugnâ se accingeret. Pluta-

chus in apophthegm. Laconum: Lacones,

inquit, in bellis vtebantur Punicis tuni-

cis, siue, quòd hic color videbatur illis al-

quid habere virile: siue, quòd signum co-

loris rubor plus terrore incuteret bellorū imperitis: siue, ne procius conspicuum esset hostibus, si quis vulnus accepisset, sed vtiliter late ret ob vestem sanguini concolorum. Sed Val. Maximus scribit, Lacedaemonios non vt vulnere suorum in bello cruorem dissimularent & occultaret, Phœnicis in p̄lio tunicis vfos, aut ne ipsi terrorem incuteret; sed ne hostibus fiducia aliqua afferret. Et Plutarchus auctor est, Demadem oratorem olim dixisse, Athenienses de bello nunquam decreuisse, nisi pullis vestibus indutos: eo verbo significabat, eos bellādi cupidiores, nec nisi de clade suorum admonitos, pacem cogitare.

*Purpureus color, symbolum vengeyndia.*

*Indicet & pueros.* Purpureus color pudoris indicium. Hinc præsertim Romanos pueros admonere, verecūdiā in dictis factisq; seruandam. Notum est Catonis illud, cum diceret sibi magis placere adolescentem qui rubeſceret, quam qui palleſceret. Et Diogenes apud Laetium, cum vidisset puerum rubore suffusum: Confideli, inquit, hic enim virtutis est color. Vide Aristotelem in lib. de Morib. Claudian. 1. de rapto Proſerpinae, vbi iuuenulam viro iam maturam deseribit ab adiuncto pudore:

*... niueos infecit purpura vultus*

*Por liquidas succensa genas.*

Ad hunc modum Virgil. in 12. de Latinis vxore, belli dubij euentum reformidante: *Accepit vocem lacrymis Lavinia matris, Flagraeſes pulsata genas, cui plurimus igne Subiecit rubor, & calſata p̄ ora cucurrit. Indum sanguineo veluti violauerit ostro. Si q̄s ebur, vel mista rubor vbi lilia multa Alba rosa; tales virgo dabat ore colores.*

*Cæruleus color.*

*Cæruleus nautas.* Cæruleus color vel à celo, vel à cæculo auicula, quæ & *κωαυές* dicitur. Hic aeris color est itemque maris tranquillū; vnde etiam nautis appropriatus. In oculis color iste dicitur à Græcis glaucus, vnde Pallas *γλαυκώπις*, à veteribus, Latinis cœſia, quasi cœlita, à colore cœli, ait Nigidius. Nostri colorem cœlestem dicunt, *tiimmelblauu*. non quod cœlum particeps sit coloris alicuius, sed quia ita nobis appareat. Proinde sacerdotes Aegyptij Deum veste indutum cærulea, quia præcipua eius in celo sedes, effingebant.

*Glaucus.*

Non referam quæ notantur à Plutarcho de colore Iudis & Tiphonis cæruleo, hæc in *αἰθρῶς δεινῶσα*. Hunc colorem cæ-

*His & Tiphonis cæruleo.*

ruleum *αἰθρῶς*, à colore maris, *ἀπὸ τῆς ἀλός*; dicit volūt: vt enim cœlum cæruleū, sic mare cæruleum dicunt poetae, Seruius in 8. *Æneid*. Cæruleus color maris est, à cuius Deo equum constat esse inuentum. Hunc cæruleum colorem, vt mundi colorem laudat obiter polyhistor Plutarch. 1. de philosophorum decretis, cap. 6. Sed vt est varia hominum mens, aliusq; aliorum sensus in colorum vsurpādis symbolis, reperio Agrigētinus tyrānide Phalaridis liberos, publicè constituisse, vt nulli cæruleo colore vestitū gestare permitteretur, quod tyranni satellites & corporis eius supatores eo colore subligaculis fuissent vt soliti. Cærulei coloris vestis nominatur etiam cymatilis, quia nomen ab vndis trahit. Ouidius.

*Cymatilis.*

*Hic vndas imitatur, habet quoq; nomen ab vndis.*

*κῶμα* enim fluctum sonat. Apud Plautū vestis cymatilis est vndulata. Nos camelotum vocamus, corrupte Zambelotum.

*Zambelotum.*

*Attoniti nimia religione.* Lucretius lib. 3.

*... multoq; in rebus acerbis Acrius aduertunt animos ad religione. Quò magis in dubijs homines spectare periculis*

*Scilicet aduersiq; in rebus noscere qui sint: Nā vera voces tum demum pectore ab imo Eliciuntur, & eripitur fortuna; manet res. At puto hic alludi ad vocabulum *δῆος*, timor, vnde putant Dei Latinum nomen trahi; ex quo illud Petronij:*

*Primum in crabe Deos fecit timor.*

*Vilia sunt gilia.* Tenuis fortunæ homines decent vilia, vt byrthum siue rufum, gilium siue melinum, de quo Gellius lib. 13. cap. vlt. Birrus hic (vt ait Sanctius) non pro colore capitur, sed pro vestimento, quo aquas arceamus, cum iter facimus, qui ex colore natiuo fit. Natiuus autē color, vt ait Perottus, modò in albedinem, modò in nigredinem tendit. De hoc colore Antonius Thyleſius lib. de coloribus cap. 4. Est & color albi nigriq; particeps, à Græcis inde *λεοκῶπαιος*, *leucophæus*, voce iam à nostris vsurpata, vocatus: genus est id coloris natiui, nō enim inficitur, sed ouis ipsa sic natura quasi pingitur. Hunc sibi scēta sacerdotum sumptus sanctissimi, qui nulla tunica linca penitus induti, pro cingulo veste se vincunt, nudo-

*Birrus.*

*Color natiuus gr.*

*lū sac*

sa, ac ligneis tantum calcementis vti, precario victum quaritant. Colorem iustum Alciatus hic gileum vocat. (Idem etiam in Parerg. birrum vocat, quo interdum omnes pro tegmine capitis vtuntur) cuius verba sunt: Subsequitur cinereticus, quo Fraciscani passim in praesentia induuntur; nos vulgo birretinum dicimus, quod viatorij militaresq; birri propter vilitatem hoc colore essent. Melinus ex pigmento à Mele insula sic dictus, quem Latini & gileum appellant, Seruio autore. Et infra: Est igitur gileus color, scilicet quadam tenuis in rubri vergens. Idem quoq; dicitur heluus, sic nominatus à vini genere, quod colorem habet inter rufum albumque: rufum barbari appellant, aut rufescum alij saginatum, quasi sanguinatum, qui sit cruentato similis. Est ille, qui dicitur impluuiatus, pullo similis, sic nominatus, quasi fumato stultitudo impluuius. Sunt qui volunt suam esse: à stultitudo factum fumo in albo panio, & is color est peculiatis monachis, quos Minimos appellant, Patulius Bonis homines. Eo fortasse sensu homines sacul. aurei designati, ob morum vitæq; simplicitatē, quam ipsi profitentur: vestis enim natui coloris minimeque infecti, vitæ innocentis, & ab omni alienæ luxu index est. Tum autem primum cepit hominum exundare luxuries, cum natuias lanas ceperunt ad cultum tingere.

Qualia lignipedes] Hi sunt restigeri quidam monachi, qui ex inst tuto feueriore ligneis calcis vtuntur, aut potius soleis quibusdam è subere vel ligno, Itali vocat Capuzzinos. Pro veste pallia cinericia gerunt, eo colore, quo vilia rusticorum saga, qui caminos emundant. Lignipedum meminit Politianus lib. 7. Epit. in Prologo Menæch. Plauti:

Cucullati, lignipedes, cincti funibus, &c. Sanctius tamen censet hic potius intelligi claudos, & qui haberent pedes ligneos, vt pote qui preciosa stragula non possideant.

Stragula] ἡ στραμνή, τὸ στραμά, Gallicè, souueraine du lit, ou, lodier, housse. Italicè, coperta. Et rectè hic quidem stragula, nam quidam horridiore cultu fratres, vt Capucini, non tam pallia, quam formam quandam stragulorum induunt; at Franciscani nostros, qui in initio cultu feueriore, nunc tandem ceperunt esse nitiores.

Quem curæ ingentes] Meticulosus, zelo-

typis, & ijs, qui omnino sunt perturbati, fuluus amictus ex viridi & rufo permixtus potest esse pecciliaris. Fuluus, est color celi & stellarum: qua ratione sidera fulua dixit Tibullus. Sed hic existimo intelligi maxime tauum colorem, qui obtusus est quodammodo atq; obscuratus, Gellius cap. 28. lib. 2. ex Frontone docet, fuluum videri de rufo atque viridi mixtum, & in alijs plus habere rufi. Vide apud eundem reliqua. Fuluum colorem Virgilius tribuit leoni: hastæ staxinæ Ouidius, vt satis appareat esse, quem à castanea tanerum vocamus, nisi quod fuluus clarior, castaneus paulò obscurior est. Alciatus.

Quisquis sorte sua] Est & ostrinus color, qui & purpureus, alibi ex conchyliorum sanie rubens ardensque, alibi violaceus seu ianthinus, arificum ingenijs nunc intensior, nunc pressior. Ita Alciatus. De huius coloris veste Martialis in 2. Epig. Coccina famosa donas, & ianthina mæcha. Significat vetimenti genus infecti purpura violacea. Quo de colore perdocti Bayfius cap. 3. de re vestiaria. Ite itaque color ad eos pertinet, qui sua contenti sorte viuunt, vel etiam fortunæ ludibria pro nihilo ducunt: eos enim affectus violæ & rosæ significare possunt, ἡ καὶ ἀνθ.

Vt varia est natura] Vt varia est natura in coloribus, eorumque differentijs multiplicibus efficiendis; sic varia variorum exijs ducuntur symbola, vt variæ sunt hominum opinionones. Verba sunt ipsius Alciati ex 2. Parerg. cap. 1. Colorum omnes appellationes Latine expressim ostendere vix quisquam possit; tam enim hac in re varia natura est, vt quod in alis pleriq; accidit, rerum multitudo vocabula superet.

sed sua cuiq; placenti] Homeros, ἀλλὰ παρ' ἄλλοις καλὰ Suum enim cuiq; pulchrum, ait Cic. & sic fe res habet, te tua delectant, me mea. Virgil.

Trahit sua quæq; voluptas. Elegans illud Eueni Parij: πολλοῖς ἀντιλήγεις μιν ἔθος περὶ πάντος ὁμοίως, ἔρθεις δ' ἀντιλήγειν ἐκίτι τὸ τοῖν ἔθει. καὶ πρὸς μιν ἰότης ἀρκῆ λόγος ἴσ' ὁ πάλασος, σοὶ μὲν ταῦτα δοκοῦσι τ' ἴσιν, ἔμοιδε τ' ἄθε.

Significat, multis esse solemne reprehēdere, rectè autem id non fecerit, quam aduersus.

Fulvi coloris nota. Fuluus color.

Tanetæ.

Color violaceus.

Sua cuiq; pulchrum.

Cinereticus.

Melinus. Gileus.

Heluus.

Impluuiatus.

Lignipedes qui.

Stragula.

sus illos posse verbum vetus retorqueti: Hæc tibi videntur talia, mihi verò contra. Plinius Secund. scitò admodum epist. 20. lib. 1. Adieceram quod me docuit vsus magister egregius. Frequenter ego iudicavi, frequenter in consilio fui: aliud alios mouet, ac plerumque parue res maximas trahunt: varia sunt hominum iudicia, varieg voluntates. Inde qui eandem causam simul audierint, sæpe diuersum, interdum idem, sed & diuersis animi motibus sentiunt. Video huc trahi ore populi celebratum adagium: *Quot capita, tot sensus*. Cuius etiam meminere nostri Iuris scholiastæ, lib. 4. ad ff. SC. Trebellian. Alia enim alijs nationibus honesta, quæ alijs turpia, & sic varij quot in orbe colores, tot etiam notiones animi fluxæ ac vagæ peruolitant.

**IV.**  
*Varia colorum nominum.*  
 VT varia est natura in coloribus gignendis, vt sunt colores in infinita penè varietate, sic eorù nomina varia diuersaq; sicuti ab herbis seu floribus, hiacynthinus, violaceus, roseus, papaueratus, malachinus: à plantis phœniceus, buxeus; prasinus, à virentis porri foliorum locis, Tyrius, Punicus, Indicus: ab animantibus, vt ceruinus, mustelinus, olorinus, coracinus: ab aqua, aquilinus, neq; albus, neq; niger, ait Festus. Ceterum quia nihil absq; luce possumus intueri, varieg; ipsa mutetur lux, non est mirum si cum luce variant ipsi colores. Ea de re nonnulla Cæl. Rhodig. antiq; lect. lib. 17. c. 7. Possem huc exempli gratia conferre sectarum varias species, necdum colores varios, hominum ac regionum faciem dissimilem; sed id fortasse bilem moueret quibusdam delicatulis, qui domesticis vitis, vt naturalibus morbis delectantur, & veluti Balbinum polypus Agnæ; quod ille dixit. Malim ad colores ludorum Circensium, circa quos impudens antiquitas in-

sanij: erant enim quatuor eorundem classes, suis distinctæ coloribus. Nam prasinus seu virens herbidam verni temporis indicabat læticiam; roseus æstiuam flagrantiam; albus pallefcentem autumnum; fuscus hyemis nubilosam tristitiam. Vel ad colores varios ænobitarum, qui patrù insaturo non ad alium finem inducti videntur, quam vt familiarum distinctio fieret, confusio vitaretur. Nihil hic de coloribus castrorum, aut militantium, qui necessariò varij sunt, vt hæc varietas singulas copia in officio contineat. Has colorum significationes pulcherrimè norunt, & ad sua vota trahunt iuencula, quæ iuuenibus, datis fosculis aut arte, aut natura factis, callidè animum suum erga illos in colore munusculi offendit: hisce enim vel fauent, vel subleuant, vel queruntur, vel ablegant, vel inuitant, mirum, quam erudita in Venetis tyrociniò. Et harum argutiarum ignaram esse, placulum est Oceani vndis vix eluendum. Ad id nostrum de coloribus emblema pertinere video Tertulliani id de spectaculis, vbi de coloribus paganis: Merito & coloribus idololatriæ vestierunt, & ab initio Deo Soli fecerunt albas & rufas: albas hyemi, ob niues candidas; rufas æstati, ad Solis ruborem voti erant, sed postea tam voluptate quam superstitione pronecta, rufum alij Marti, alij album Zephyris consecraverunt: prasinum verò Terræ matri, vel veno, vinctum colorem mari vel autumnò. Cùm autem omnis species idololatriæ damnata sit à Deo, vtiq; etiam illa damnatur, quæ elemētis mundialibus profanatur. De coloribus scripsit Bayphius, scripsit & Antonius Thylestus, & Gellius lib. 2. cap. 26. & alij.

*Puellarum argutia*

*Colores paganici*

